

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. ALBERTUS [DEI GRATIA] DUX [SAXONIE, TUTOR]^{a)} MISNENSIS ET ORIENTALIS MARCHIE, UNIVERSIS HANC LITTERAM INSPECTURIS SALU[TEM]. | Ut cause, que per transcursum diei et noctis geruntur in seculo, a[b hominum non aboleantur memor]ia, non incongrue visum est maioribus nostris per candorem pellis | et per atramenti nigredinem earum perpetuari noticiam. Inde est, quod [tam presentibus quam fu]turi evi hominibus notum esse volumus de causa diuturna, que | inter fratres de Cella sancte Marie ex parte una et Sifridum prefectum de [Liznic et fratrem eius] Alberonem ex altera parte super monte, qui dicitur Olsnich¹⁾, et | super aliis quibusdam possessionibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus vers[ab]at[ur], hoc modo terminata est, ut in lantingo, quod celebratum est Colmiz, | ambo fratres omni exactioni et querimonie, quam super claustrum habuerant, ex toto renunciaverint. Huius rei testes sunt: Uvenemarus abbas | Portensis, Heidenricus prepositus maior Misnensis et V̇lricus capellanus suus, Iohannes et Cũnradus monachi Portenses, Sifridus, Heinricvs, | Albertus, Sifridus monachi Cellenses, Iohannes scolasticus Bũthsinens[is], Meinherus prefectus Misnensis, Erkenbertus prefectus de Starckenberch, Hildebrandus de Witsen, Lũdegerus de Repin, Sifridus de Mũglin, Guntherus de Biuerstein, Reinhardus de Strele, Uolemarus de Messowe, Otto | et Bodo de Ilburch, Heinrichus dapifer de Burne, Heinric[us et Cũnradus fratres de] Nannenstein, Christianus et Iohannes fratres de Tarant, Christianus de Otweç | [et q]uam plures alii. Huic actioni, que ab incarnat[i]one domini anno millesimo djuentesimo vicesimo octavo, indictione prima, XVIII^o | [kalendas] februarii, sub abbate Lũdegero Cellensi celebrata [est, sygilli nostri apponimus confirma]tionem et, ne quis contra hec in posterum venire presum[at, | vite et] rerum apponimus condempnationem; a[ctum feliciter ame]n.

(SP.)

92.

Bischof Bruno II. von Meißen beurkundet die Stiftung und die am 14. September 1217 erfolgte Verlegung des Benediktinerinnenklosters zum hl. Kreuz bei Meißen. Unter den Zeugen: Abt Ludeger von Altzelle.¹⁾

(1227 September 11 – 1228 Oktober 31)

91. a) Auch unter UV-Licht sind die hier ausgefallenen Buchstaben bestenfalls zu erahnen. Der herzogliche Titel wurde nach der Siegelumschrift ALBERTVS DEI GR(ATI)A DVX SAXON(IE) etc. ergänzt. Herzog Albrecht wird in einer am 28. Januar 1228 ausgefertigten Urkunde als tutor Heinrichs bezeichnet (CDS I/A, Bd. 3, S. 286, Nr. 408 [dazu Nr. 405, Vorbemerkung], vgl. ferner CDS II, Bd. 4, S. 447 f., Nr. 398c; zur Vormundschaft Albrechts siehe Lutz, Heinrich d. Erlauchte, S. 108–111), die Lesung TUTOR dürfte somit ebenfalls zutreffend sein, zumal O und teilweise R noch schwach wahrzunehmen sind. Eine vergleichbare Intitulatio findet sich auch in einem Schreiben Landgraf Ludwigs IV. von Thüringen, der bis zu seinem Tode 1227 die Vormundschaft über Heinrich ausübte: Lvdewicus dei gratia Thuringie landgravius, Saxonie comes palatinus et tutor marchie Misnensis (1224 Dezember 1, CDS II, Bd. 4, S. 445, Nr. 392c; vgl. auch ebd., S. 446 f., Nr. 397b).

1) Vgl. UB Altzelle I, Nr. 90, Anm. 1.

92. 1) Lvdegerus de Cella, Brvningus de Bv̇ch, Albertus de Doberlv̇ch abbates A.